

\_Lettera\_N\_3198

All'arcivescovo di Napoli, Guglielmo Sanfelice d'Acquavella

Datum Taurini 10 juni 1880

Ad majorem Dei gloriam ad utilitatem animarum omnibus ad quos interest in Domino declaramus: Sacerdos Pirro David e Dioecesi Neapolitana, ab Ordinario suo nobis regulariter remissus fuit ac probationis et studiorum tempore peracto ad Sacros Ordines presentatus fuit, postea Presbyteratu insignitus fuit. Nunc vero repetitis epistulis cum votorum relaxationem ex postulavisset, quantum in nobis est, ejusdem Sacerdotis voluntati ulterius obstare volentes, eundem Sacerdotem a votis perpetuis simplicibus, in nostra Congregatione emissis, nec non ab omni vinculo, ab hujusmodi votis proveniente per dimensionem dispensamus juxta facultatem a Sancta Sede Nobis concessam in nostris Constitutionibus adprobandis die 3 aprilis anno 1874.

Eadem Sanctae Sedis suprema auctoritas statuit socium dimissum suspensum fore donec benevolum Episcopum acceptatorem inveniatur, qui etiam titulum ecclesiasticum eidem constituerit. Sicuti enim sacerdos, de quo sermo est, in sua agendi ratione apud nos benemeratum se gesserit, ideo humiliter et instanter in Domino commendamus eis omnibus qui verbo, opere vel consilio eundem adjuvare poterunt

Joannes Bosco Sacerdos Congr. Sales. Rector Major